

Forfatter: Bording, Anders

Titel: Bording, Anders: "Digte. - 1984", i Bording, Anders: *Digte. - 1984*, udg. af ERIK  
Citation: SØNDERHOLM , Det Danske Sprog- og Litteraturselskab, 1984-86, s. 209.  
Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-bording01val-shoot-idm140114464716512/facsimile.pdf> (tilgået 12. maj 2021)

Anvendt udgave: Digte. - 1984

117.

[Til Ulrik Frederik Gyldenløve. 1671.]

[48] Ja store Cimber Helt Høybaarne Gyldenløve  
 Hvis største glædskaab er velgjerninger at øfve  
 Hvis Høye hjertes maal och tankers øyemerk  
 4 Er idel Himmel Dyd och mildheds ædle verk.

118.

[Fragment (af et bindebrev?)]

<p>1 Ved hver af de bogstafvers tal          Mand eders navn medtegner          Jeg eders dyd ophøye skal          4 Som det sig bør och egner          Skønt Jeg ey self med legomet          Kand nær hos eder være:          Saa skal dog dette bref om det.          8 Mit hjertes budskab bære</p>	<p>Saa tit J der for denne ring          For eders øyne stiller          Da tænker at ey nogen ting          12 Vor Kjærlighed adskiller          Thi saa som den af form er trind          Och ingen steds har ende          Saa skal och voris reene Sind          16 J kyskhed altid brænde.</p>
---	---

## XIII Latinske lejlighedsdigte

119.

THALASSIO

Qvam

*Nuptiis secundis Viri admodum reverendi præstantissimi doctissimi*

DN. PETRI MARTINI

Ecclesiarum J. C. HORSLEFF & TINGJELLJNG Pastoris fideliss.

nec non

*Virginis Lectissimæ Pudicissimæ Pientissimæ*

DOROTHEÆ FRIDERICI

*Viri doctrina & pietate longè Clariss. Dn. M. FRIDERICI ANDREÆ KLYNII  
Filie dilectissimæ, Vindingi 23. Octobr. 1642. solenniter celebrandis, amorem & bene-  
volentiam testaturus, dicatam cupit Sponsæ consobrinus.*

ANDREAS CHRISTIANI BORDINGIUS.

HAFNIAE Typis TYCHONIANIS.

1	Dædala Pallas, Cur manet alta Mente repostum	16	Inter amanas, Grata canentes Carmina Musas, Nunc Phætrati		Commeruit quæ
4	Judicium, quo Phryx Paris auri Munere matrem Donat amoris,	20	Pectoris telis Subdis amoris, Tuque, tuusque, Dum tibi curæ	32	Præmia dudum Possidet æquè, Teque monente, Nunc Veneris se
8	Dic mihi, quid tu Feceris ipsa? Nonne tenellus Iste puellus	24	Turba novena Semper alumnus, Qui radianti Sidere noctu,	36	Subdidit igni, Dum sibi sponsam Ducit amatam, Quæ siet illi
12	Te quoque cepit? Tu, resonanti Quæ residebas Colle Heliconis,	28	Quique diurno Tempore, Musis Invigilando,	40	Sole micante Sole cubante Dulcis amica, Sitque laborum
				44	Dulce [e]vamen, Intus & extra.

## XIII Latinske lejlighedsdigte

211

	Evge puellam Sponsule bellam,	Arbiter ævi, Excipe blandè,	Atque maritum, Te vocitabit,
48	Qvæ pietatis, Qvæ probitatis, Qvæque decoris, Qvæque pudoris,	64 Svavia dando Dulcia mille, Mille ferendo, Redde resume	80 Te redamabit; Tristia concors Sublevet ignis, Carpat & ignis
52	Prædita dote, Qvæ preciosi Pondera vincit Mille metalli,	68 Pignora grata Dulcis amoris. Ecce bonorum Tecta parentum	84 Gaudia concors, Sic thalamus non Sit tumulus, nec Tædia tædæ.
56	Qvod Tagus undans Et rabiosus Inter arenas Hermus eructat,	72 Læta relinqvens, Te veneretur, Teque sequetur, Et faciat te	88 Vivite læti Tempora læta, Crescite multum, Molliter ævum
60	Fit tibi munus, Qvod dedit ipsus	76 Prole parentem, Atque parentem,	92 Ducite vestrum.

120.

## LAVREA APOLLINARIS

Quâ

VIRIS UT CLARISSIMIS ITA MELIORIBUS MUSARUM  
STUDIIS CULTISSIMIS

Dn. JOHANNI MEIERO, Schol. Cathedralis quæ Ripis est Rectori.

Dn. ANDREÆ LAUGONIO Vellejo, Scholæ patriæ Ripensis Conrectori.

Dn. ANDREÆ ALBERTIO SCELSCHORANO.

Cum ipsis summi in Philosophiâ honores

PER CLARISSIMUM

DN M. JACOBUM FINKIUM,

Physices in Regia Hafniensi Academiâ Professore[m] publ.

16. Majj solenniter conferrentur;

Animi testaturus promptitudinem, gratulatur

ANDREAS CHRISTIANI BORDINGIUS.

HAFNIÆ, Typis PETRI HAAKII, ANNO M.DC.XLIII.

1 MOeonius cautum vates commendat Ulysses,

Pergama qui lustris pugnans ad celsa duobus,

- Et totidem repetens annis sua tecta paterna,*  
 4 *Multorumque videns mores, terrasque remotas,*  
*Aspera sustinuit permulta soloque saloque,*  
*Et tandem dulces patrie, pervē[n]it ad oras.*  
*Splendida clarorum O vos fama decusque virorum:*  
 8 *Carminē quis digno celebret præconia vestra?*  
*Neritius bello paucos dux perdidit annos,*  
*At P[h]œbi à teneris estis vos castra secuti:*  
*Ille quidem procul à patriâ quam plurima vidit,*  
 12 *Attamen invitus, terras sed vos peregrinas*  
*Lustrando spontè, & mores linguasque notastis:*  
*Illum sola Itaca & Patrij juvere penates,*  
*Sed quævis vos terra juvat, nam quelibet artem*  
 16 *Excipiunt terræ; vobis quin gratuler ergo?*

JOHANNES MEIERUS,

ἀναγράμμ:

EN MUSIS INHÆREO.

- AUsonias MEIERE tua dum mente manuque  
 EXCOIS assiduè MUSAS, tibi Pitho lepores  
 Suggest, ut doctum properes æquare Maronem.  
 20 *Et lepidum gelidus vatem quem Sulmo ministrat:*  
*Unde tibi merito transmissa est laurea dudum.*  
*Sed tuus & Sophicis animus studiosus INHÆRET,*  
 CARMINIS iccirco dixit qui te ante MAGISTRUM,  
 24 *Nunc etiam SOPHILÆ vocet: atque ego gratulor addam.*

ANDREAS LAUGONIUS,

ἀναγράμμ:

AGE, SIN DONA, LAVRVS.

- MARTIA gens validum nunquam ferretur in hostem,  
 SPLENDIDA victori pareret ni MUNERA palma.  
 Æquoris undisoni sulcant qui cœrule, DULCE  
 28 *Quo carpant LVCRVM, reputant & dulce periculum.*  
*Quin AGE LAUGONI, virtus tua DONA meretur,*  
*Scilicet in Phœbi fortis pugnare palestra*  
*Qui pergis, celerique secas rate vasta sophorum*  
 32 *Æquora: sit Frondosa tibi pro MUNERE LAURUS.*

ANDREAS ALBERTI,

ἀνάγρῃ:

EA DANŦ ARS, LIBER.

*EXiguus tandem grandis cum surculus arbor  
Fit, fructuque bono confarctis herile canistrum,  
Assidue Dominum cultura haud pœnitet horti:*

36 *Sic juvat ASSIDVIS juvenem palescere CHARTIS,*

*INGENUASque juvat didicisse fideliter ARTES,  
LIBERA cum dulcem reddant ARS CHARTAque fructum:  
Est tua mens hortus, preciose flore decoro*

40 *Virtutis frondens, fructus qui reddit honores.*

I 2 I.

VOTUM

Nuptiis auspicatissimis,

*Viri pii ac honesti*

DN. PAULI SEVERINI

RIPENSIS, ad Sanctæ Mariæ, quæ Hafniæ

est Æditui fidelissimi,

Nec non

*Virginis lectissimæ pudicissimæ*

ELISÆ TRUGILLI,

die 6. Aprilis, Anni 1651. celebratis,

*Consecratum*

à Sponsi Sympatriotâ

A. B. C. I.

Hafniæ, Literis LAMPRECHTIANIS.

- 1 LArgiflui quondam Permessi ad fluminis undas,  
Castalium, sacro Vatum de fonte, liqvorem  
Non ita me fateor parco libasse labello,  
4 Qvin, mi PAULE, meos inter junctissime, luxu  
Si non magnifico pictos, mea fistula soccos,  
Connubiis aptare tuis posset, tamen aptos,  
Et satis imbutos placituri melle leporis:  
8 Sed quia multivagam rarò tetigisse poësin,

- 
- Sit mihi religio, menti immutabilis hærens,  
 Ex quo salvificæ me religionis amori  
 Devovi, solitas culti spes exue plectri.
- 12 Præteream pelles, vittas cum postibus unctis,  
 Herculeam Zonam, tædas, velamina, lectum,  
 Stamina cum fuis, pistillum, vellera, cribrum.  
 Non asses, lymphas ignesque in limine tactos,
- 16 Non hastam, claves, nec far paraphernave dicam.  
 Rheda procul sit, & olla, nucesque lucerna, camillus,  
 Hosia felle carens, nec non petulantia verba.  
 Singula quæ certo ritu, longæva decenter
- 20 In thalami novit festis, adhibere vetustas.  
 Annulus at velut obscuro ex ferro & sine gemmâ,  
 Nubentum digitos circumvestire solebat:  
 Sic castas condire faces, & dulcia vestri
- 24 Fœdera connubij, liceat quoque simplice voto.  
 Trans Patrias, trifido donec se gurgite Ripas  
 Nipticus effundens amnis, sua brachia Vasto  
 Proluit Oceano, multo quoque pisce natus,
- 28 Somnifero lambit viridantia prata susurro.  
 (Vel peregrina juvant si forte, dab[un]tur & ista)  
 Niliacum amphibion donec septemplice rivo  
 Gaudet, & immani semper fit corpore major,
- 31 Nec prius augmentum nescit, quam desinat esse.  
 Candenti pretiosa Paro sunt Marmora donec,  
 Et Chinæ lateant ramosa metalla cavernis.  
 Barbara terrificos donec dabit Africa partus,
- 36 Et Siculum Enceladi pondus non deseret ignis.  
 Vester ad extremam (veniet quæ tarda) senectam  
 Cœptus amor crescat, semper juveniliter ardens;  
 Numinis & magni divino CRESCITE felix
- 40 Sit, precor, & pulchrâ faciat vos prole parentes.  
 Taliter (ut tribus absolvam) clementia cœli,  
 Fertilitasque Soli vobis sua dona ministrent,  
 Qualiter optarem mihimet (nequeo magis) ipsi,
- 44 Formosam mihi, si quando dent sydera Sponsam.
-

## I 22.

[1]

ANIMA SPHINGIS,  
 In honorem  
*Viri virtute & eruditione Clarissimi*  
 DNI. GREGORII  
 CHRISTIANI,  
 Scholæ Hafniensis Con-rectoris solertissimi.  
 Cum artium & Philosophiæ Magister  
 crearetur publico ostensa.  
 HAFNIÆ,  
 Typis Georgii Lamprechtii.

- [2] VTile miscentes dulci, figmenta Poetæ  
 Non frustra recitasse vafrâ de Sphinge putantur.  
 Ignarum Vulgus fictis sic sæpe doceri  
 4 Postulat, & vitij's virtus sufflâmen ut addat,  
 Non præcepta juvant semper data fronte severâ.  
 Troicus Æneas semper non Martiâ tractat  
 Prælia: nec semper fert Pergama mente futura.  
 8 Gaudet at Actiacos nonnunquam fingere ludos:  
 Nunc cingit vigili in densis indagine sylvis  
 Cormingerum Cervum: nunc & capit auribus, id quod  
 Personat auratâ cythara crinitus Joppas.  
 12 Scilicet, immanis fuerit quod bellua, dicunt,  
 Virgo sono vultaque, horrendum cætera monstrum,  
 Præpetibus pennis armatumque ungvibus uncis,  
 Musarumque movens ænigma è fontibus haustum:  
 16 Invadens cunctos itiner Thebana per arva  
 Captantes: fraudisque ignari corpora vulgi  
 Fatali tandem lanians crudeliter ungue.  
 Tunc extrema dies, & ineluctabile toti  
 20 Mansisset populo fatum, Thebæque fuissent:  
 Ni sibi victorem quæsisset, fodere certo  
 Oblati Sceptri, (Sceptrum nam fortè vacabat.)  
 Oedipus hinc læso quamvis pede tardus utroque,  
 24 Hanc patriæ solus perituræ tollere pestem  
 Tentat, & indubius caput objectare periclo,



- (In tantos animos surgit sibi conscia virtus)  
 Protinus aggreditur, monstrosum & sustinet hostem,  
 28 Et cœci latebris enigmatis ante relectis,  
 Conficit: & pœnam scelerato ex sanguine sumit.  
 Hinc Sceptrum ex pacto capturus, funera cœsi  
 [3] Ignavus monstri, dum portat Asellus, ad urbem  
 32 Promeritam, populo circum plaudente triumphat,  
 Sic veteres. Isto verum sub cortice quænam  
 Lecta medulla latet? signat quid totaque quæso  
 Fabula? nempe docebo: *Scientia practica* Sphinx est.  
 36 Namque illam species varias subjectaque propter,  
 Maxima quæ stolidum vulgus miracula credit,  
 Nomine non vano, *monstrum* vocitare licebit.  
 Et quia momento nunc huc nunc cursitat illuc:  
 40 Nunc mare cœruleum: furvum nunc visit abyssum:  
 Nunc & ad Astra volat; *pernix* superadditur ala.  
 Eloquiumque heic *voce* notatur, gratia *vultu*:  
 Indeque formosam hanc, legio numerosa procorum  
 44 Penelopen, precibus certant ambire: sed illa  
 Omnibus elusis operoso stamine, mollis  
 Facundo soli amplexus pia servat Ulyssi.  
 Sunt *ungves* ratio nec non dignissima credi  
 48 Regula, quæis vaga mens clavis ceu fixa tenetur;  
 Et nisi *quæsitum* norit deprendere verum,  
 Scinditur, & varios sentit lacerata dolores.  
 Confossis pedibus tardo *victore* docemur,  
 52 Judicio pateat lento quod nobile verum:  
 Præcipiti contra dubius sese offerat error.  
 Hinc celebrem credo Samiæ telluris alunum  
 Annorum trivis mandasse silentia septem:  
 56 Lubrica præpropere quidquam ne forte juvenis  
 Judicio statuat, quod post statuisse pigebit.  
 Inde *triumphales plausus* lætumque trophæum,  
 Sunt vigili studio, Clarias sudantis ad undas  
 60 Condignæ laudes, memori quas degener ipsa  
 Non valet invidiæ rabies, expungere seculo.  
 Exanime at *corpus*; *pando* rudentis *aselli*  
 [4] *Commissum dorso*, signat quod scibile nullum

- 64 Tam sublime sicut, quod non ratione *Magister*  
Admotâ, & postquam planè intellexerit ipse,  
Ingenijs etiam tardis insculpere possit.
- Nunc age Castalidum soboles ò vera Sororum,  
68 Blandarumque nepos Charitum dilecte GREGORI:  
Tu mihi victor eris. Te te manet iste triumphus.  
Utere sorte tuâ. Veneranda scientia tota,  
Tota tua est. Vicisti & victam tendere palmas,  
72 Purpurei vidère patres & tota lycea.  
Tantæ molis opus digno sed dicere versu,  
Non opis est nostræ (fateor,) nec simplice venâ  
Victoris tentare licet præconia tanti,  
76 In quo nulla potest virtus dubitabilis esse,  
Cujus & ipse Maro titulis nihil addere posset.  
Ingeminat plausum Tyrios induta colores  
Pallados ergo domus, laudes resonareque pleno  
80 Ore tuæ gaudet famæ Parnassia rupes.  
Tolle caput cœlo, viridantia & induc certa  
Pollice virgineâ, divæ quæ nexa Cancræ  
Miserunt; mox & spera meliora daturas.

*Hæc ut amoris,  
Sic & honoris  
Nomine, MAGNO  
Ponit AMICO.*  
A. B. C. f.